Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

enim me puto cum non statim habeam quod opto et quare
tristis incedo nisi quia affligit me inimicus cotidianis temp-
tationibus hic in presti quod non ibi faciet in futuro
Vt aut excludatur inimicus me affligens oro domine
Emitte lucem tuam et veritatem tuam auferes tenebras
et da lucem auferes errorem et da veritatem/ipsa enim lux
tua et veritas deduxerunt a petris et adduxerunt ad fir-
mam credulitatem domini saluatoris qui mons dicitur
et in tabernacula tua in etiam pritem/in qua sunt diuer-
sitates sanctorum que sunt quedam peregrinationes super
terram
Deduxisti me domine in tabernacula tua ubi positus spero
et inde Introibo ad altare inuisibile celestis hierusalem
quod cum accendit sumit in holocaustum diuino igne totus
incensus/ad dominum introibo qui letificat iuuentute meam
dando michi immortalitatem et impassibilitatem
Item Confitebor tibi in cithara deus deus meus confessione
laudis in tribulatione tua agens/inquiri enim propter que-
cuncq huius seculi aduersa a tua laude recedam
Consequenter vero alloquit vir iustus animam suam persua-
dens ei tristitiam huius seculi sustinendam per quam patientie
robur frangit per hanc caritatis lumen extinguit per
hanc spei ire desiderium virtusq mollescit et omnis vita
confundit vnde aut quare tristis es anima mea et
quare conturbas me dum deum adiutorem habeas
Consolare anima mea Spera in domino qui omnes
seculi fluctus mitigat et in temptationibus protegit qui
omnia peccata condonat quoniam adhuc confitebor illi con-
fessione laudis dicens tu es salus mea tu es salutare
vultus mei et deus meus

Dñ 85 In quo consolatur infirmi fideles admirantes
cur impios videat hic deus relinquere cum patres
antiquos in manu valida liberat inuisse